paruuli Baptizati ſint. Nā certê huius fidei dilatatio, propagatio & augmentum [rebus vt nunc] commodè fieri nequit, niſi Fratres Mendicantes prędicent, Sacramenta q; admi niſtrent nouiter conuerſis, & ab eis deſcendentibus. Quia licet in particulari nouiter conuerſi dicātur, qui Adulti ſunt baptizati ni hilominus in generali cōſiderantibus huius Noui Orbis Eccleſiam in Deo adunatam, om nes, & ſinguli, nouiter conuerſi apparebunt. Et ſic ſolemus dicere, ꝙ Eccleſia huius Noui orbis eſt nouiter cōuerſa. Et ꝙ poſsimus ſic facere, probatur. Quia idem Paulus. 4. cōceſsit nobis noſtra priuilegia de nouo iuxta fauorabiliorem illorum interpretationem ergo debemus interpretari per nouiter conuerſos, etiam paruulos baptizatos, cum nomen hoc ferat hanc interpretationem; alias ſtrictê interpretaremur, ita docet pater Ildephonſus à Noreña in ſuo Compendio Indico verbo. Baptizare, conc. 1. quem ſequitur pater Magiſter à Veracruce in Compēdio, verbo, Baptizare. concl. 1. &. 2. à quibus excepit frater Emanuel, quę Tom. 1. qq. regul. q. 31. ſcripſit.

8 ¶ Pater Magiſter à Veracruce circa hoc in

dul